



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regulae Societatis Iesu**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

Regulæ Præfecti lectorum ad mensam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



# REGVLAE PRÆFECTI LECTORVM

ad mensam.

Idoneos le-  
ctors curet,  
& instruat.



Vret, vt idonei in lectores  
mensæ à Superiore destinen-  
tur, & eos instruat, vt alta,  
clara, & distincta voce le-  
gant.

Præuidere fa-  
ciat lectionē. Actor præuideat diligenter lectionem, vt bene,  
& emendate proferat, & in dubijs ad se re-  
currat.

Eos in mensa  
corrigat.

3 Admoneat lectorem: & si quid perpe-  
ram pronunciauerit, correctus repeat, &  
emendate iterum proferat.

Socios ha-  
beat.

4 Habeat à Superiore assignatos sibi so-  
cios, vt in neutra mensa desit, qui lectorem  
corrigat; eosque iuxta has Regulas instruat.

Quæ, & quo  
ordine legi de  
beant.

5 Initio lectionis in prima, atque etiam  
(nisi nostrorum paucitas aliud suaserit) in se-  
cunda mensa in prandio, & cœna legatur ca-  
put

PRÆF. LECT. AD MENSAM. 237

put de Scriptura sacra noui vel veteris Testam-  
menti, cui succedat semper aliquis liber pius  
ac facilis iuxta indicem inferius præscriptum:  
& habeatur peculiaris ratio Coadiutorum,  
ut pro arbitrio Superiorum aliquid vernacula  
lingua ad illorum etiam consolationem  
legatur.

6 In celebrioribus festis legatur aliquid Quid in festis  
omisso capitulo Scripturæ, ex Patrum homi- celebrioribus.  
lijs, & tractatibus, quod ad historiam, & ce-  
lebritatem festi pertineat. & à Dominica in  
Passione usque ad Pascha, post lectionem Scri-  
pturæ, de Passione Domini tractatus aliquot  
de eadem legantur.

7 Cum afferuntur literæ annuæ, & Indi- Literæ annuæ  
cæ, quam primum legantur.

8 Initio cuiuscunque mensis Summarium Regulæ.  
Constitutionum, Regulæ Communes, & Epi-  
stola B. P. N. Ignatij de Obedientia legan-  
tur.

9 Vesperi absoluta lectione, seu prædica- Martyrologiū.  
tione legatur martyrologiū vulgare sequen-  
tis diei: quo vero die fit abstinentia caput ali-  
quod ex libro de Imitatione Christi, cum mar-  
tyrologio: eum vero iejunatur, nihil legatur  
vesperi, sed martyrologium legatur ad pran-  
dium.

Libri

*Libri Diuinæ Scripturæ, qui in Refectorio  
legentur.*

Libri legendi Ex nouo testamento, omnia integre legentur,  
ex Scriptura. Ex veteri, Pentateuchus, præter Leuiticum,  
Historiales omnes, & Sapientiales, præter  
Cantica. Prophetales, præter capita aliquot obscuriora.

*Libri, qui post lectionem Scripturæ legi possunt.*

- Ex auctori- Historia Ecclesiastica Eusebij Cæsariensis.  
bus. Historia Ecclesiastica Nicephori Calisti.  
D. Gregorij Dialogi. Historia Ecclesiastica Bedæ.  
Vitæ Sanctorum Aloysij Lipomani.  
Vitæ Sanctorum Surij. Seuerus Sulpitius de B. Martino.  
Gregorius Turonen. De gloria Confessorum.  
Selectæ Epistolæ D. Hieronymi. Chrysostomus de Orando Deum, de Prouidentia, & de Sacerdotio.  
Ambrosius de Fuga seculi, de Bono mortis.  
Augustini sermones, meditationes, confessiones, & alia eiusdem opuscula, & tractatus.  
D. Bernardi de Interiori domo, & aliquot sermones

PRÆF. LECT. AD MENSAM. 239

mones & tractatus.

Homiliæ Patrum selectæ.

D. Bonauenturæ stimulus Diuini amoris.

Thomas de Kempis de Imitatione Christi, &  
aliquot ex eiusdem auctoris opusculis.

Catechismus Romanus.

Literæ Indicæ.

10 Præter hos libros poterunt quidem. Qui nam alij  
alij legi tum vulgares, tum latini, sed exami- legendi.  
nati, & approbati à Prouinciali; atque illi es-  
se debent, qui & pietatem promoueant, &  
vocationis propriæ propositum confirmare  
possint.

11 De singulis libris suo tempore præle- Cum Supe-  
gendis in mensa iuxta indicem præscriptum, riore confe-  
prius conferet cum Superiore, ut ille consti- rendum.  
tuat, quid legendum sit.

12 Catalogum à Superiore habeat eo- Catalogus  
rum, qui in Refectorio commode conciona- Concionato-  
ri poterunt, ex quibus Superior ipse eligat, rum in Refe-  
qui statim diebus concionentur, & eos præ- torio.  
scripto tempore admonebit, qua de re sint  
concionaturi.



R E -